B-L 9392 2

DE NATURA ET INDOLE

# LINGUAE POPULARIS AEGYPTIORUM

DISSERTATIONIS FASCICULUS PRIOR

## DE NOMINE, DE DIALECTIS, DE LITTERARUM SONIS.

---

**DISSERTATIO INAUGURALIS**

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

**IN ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE**

**FRIDERICA GUILELMA**

PRO

SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS RITE SIBI CONCEDENDIS

DIE MENSIS XXX. AUGUSTI A. MDCCCL

**PUBLICE DEFENDET**

AUCTOR

**HENRICUS BRUGSCH**
BEROLINENSIS.

OPPONENTIBUS:

FR. DIETERICI, PHIL. DR.
H. STEINTHAL, PHIL. DR.
H. BÜCHSENSCHÜTZ, PHIL. CAND.

---

BEROLINI MDCCCL.

ERNESTO FERDINANDO AUGUSTO

GYMNASII COLONIENSIS QUOD BEROLINI FLORET DIRECTORI

VIRO

HUMANISSIMO ILLUSTRISSIMO

HASCE

QUALESCUNQUE PAGELLAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

Abhinc duos annos doctissimorum hominum admonitionibus exhortatus quum in lucem ederem librum: *scriptura Aegyptiorum demotica ex papyris et inscriptionibus explanata*, summam eorum continentem, quae in parte quadam litterarum Aegyptiarum usque tum vel prorsus neglecta vel parum explorata, acerrimo studio per quinquennium fere nunquam intermisso, mihi videbar investigasse: non contigit mihi quippe qui ex scholae cancellis nondum essem dimissus, ut quum alia tum dialectorum Aegyptiarum rationem haberem penitus perspectam suisque numeris plane absolutam. Paraturus itaque alteram non jam solum scripturae demoticae, verum linguae Aegyptiae expressae signis demoticis grammatices editionem, facere non possum quin quae tum non satis expedivi postquam studia mea, deo propitiante, feliciter excolui, nunc investigata explorataque doctissimis viris judicanda tradam.

Praemittam igitur disputationem de natura atque indole linguae, qua usi sunt Aegyptii eo tempore, quo Lagidarum imperio posteaque Romanorum armis aditu in Aegyptum patefacto artiorem cum Graecis et Romanis inierant societatem.

Qui inter doctissimos viros ad investigandam linguam Aegyptiam repetitam e cujusvis generis monumentis studium suum contulerunt, ii duas dialectos statuerunt, quibus per tria millia annorum spatium tota Aegyptia lingua contineretur: antiquissimam sacram hieroglyphis exaratam, et recentiorem popularem, litteris demoticis et postea copticis expressam. Quod quidem

discrimen tam arctis finibus esse circumscriptum mihi non videtur. Linguam enim demotico-aegyptiam argumentis infra proferendis tantum abesse demonstrabo, ut congruat atque quadret cum illa copticis litteris exarata, ut comparatis comparandis certae quaedam regulae statui possint, quibus luculentissime evadit, quantum non modo a coptica differat, verum etiam ipsa dialectos et temporis et loci finibus circumscriptas amplectatur, quae inter se egregie dissentiunt. Quam quidem quaestionem priusquam ineam, liceat mihi paucis referre, quae veteres scriptores memoriae tradiderint de lingua varilsque scribendi modis Aegyptiorum, quibus examinatis ad monumenta ipsa transgrediamur, quae neque satis neque accurate hac in re a philologis Aegyptiis tractata sunt.

Inter veteres auctores, qui de rebus Aegyptiis scripserunt, fere nullus, est qui expressis verbis discriminis sacrae et popularis dialecti mentionem facit, excepto uno Manethone*) qui etsi obiter in explicando verbo acgyptio ὑκσως docet priorem partem ὑκ regem significare κατ' ἱερὰν γλῶσσαν, alteram σως esse pastorem κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον — unde luce clarius fit, duas dialectos *tempore* distinctas exstitisse: *sacram* remotiorem, *popularem* posteriorem et ab illa profectam.

Jam monumenta et hieroglyphicis et demoticis signis exarata si consulimus, reperimus sacram linguam eam esse, quae hieroglyphice ita scribitur vel  . Singulorum signorum vis nota est; prius ideographice *deum* significat, alterum, cujus triplex repetitio vel tres lineolae superpositae pluralem numerum indicando inserviunt, vim *vocis* vel *verbi* exhibet. Tota igitur vox *divina verba, sacram linguam* significat, cujus inventor sexcenties in inscriptionibus hieroglyphicis deus Thoth appellatur.

---

*) Jos. c. Apion. pag. 445.

Age vero postquam signa pro sacra dialecto hieroglyphica cognovimus restat enucleare, quomodo veteres Aegyptii has voces pronuntiaverint. Et prius quidem signum notissimum est, cujus pronuntiatio in dubitationem vocari non potest, quum in monumentis hieroglyphice scriptis saepius litterae phoneticae NeTeR adscriptae sint, quae radicem formant coptici ⲛⲟⲩⲧⲉ (thebaice) vel ⲛⲟⲩⲧ (memphitice) R littera paragogica amissa. Ad alterum autem signum, quod vocem, verbum significat, transiens summo gaudio commoveor, quod probabo:

1) hoc signum longe aliter esse pronuntiandum atque pronuntiant ad id tempus Aegyptologi,

2) hoc notissimum fuisse in lingua Aegyptia, ita ut coptice creberrimae particulae partes agat,

3) linguam demotico-aegyptiam transitum quendam parare a significatione propria ad eam particulae.

In hieroglyphis signum, de quo quaeritur, his variis modis repraesentatur , ita ut omissis vel additis phoneticis elementis T et U adjectoque interdum articulo feminini generis semper unum tantum retineatur signum , unde elucet vocem in syllabam *ut* cadere. Et Champollio quidem in grammatica hieroglyphica et lexico, non minus atque discipuli viri maximi, sicubi illa formula in legendis hieroglyphicis occurrit, transcribunt *tauo* vel *tu*, quasi sit vox plane congrua verbo coptico ⲦⲀⲨⲀ, ⲦⲀⲨⲈ, ⲦⲀⲨⲞ, proferre, producere, dicere, nominare, recitare, unde formatur nomen substantivum ⲦⲀⲨⲞ, ἐπαγγελία, et ⲦⲀⲞⲨⲞ ⲈⲂⲞⲖ, emissio, ejectio, quod semper cum articulo masc. gen. ⲡⲓ conjungitur.

Jam priusquam in hieroglyphis progrediamur, ad scripturam demoticam transgrediamur, qua hoc signum per intermedium

scripturae hieraticae ita pingitur 𓂋𓏏, dem. 𓂋𓏏. Occurrit autem in omni textu demotico sexcenties, ita ut jam ex eo divinari possit fuisse et usitatissimam et maxime communem sermonis Aegyptii particulam. Ut exempla in medium proferam in papyro funebri demotice conscripto, quem quum Parisiis versarer in bibliotheca regia detexi, mortuus ad quem refert in enumeratione peccatorum a se non factorum quum alia tum haec effatur: (pag. II. lin. 2⁰/₁): an i ab en . . . — nofer. t

(lin. 21) an i iri . . . — adj

(lin. 22) an i dje . . . — ben. t

quae verba in opere meo „Die Inschrift von Rosette," lingua vernacula verti:

Nicht habe ich gedurstet wegen einer guten Sache,
Nicht habe ich etwas schändliches verübt,
Nicht habe ich gesagt etwas unrechtes;

bene sentiens illam vocem praefixam, de qua quaeritur, quamque in transcriptione supra data punctis indicavi, nomina abstracta formandi partes agere.

In coptico vero sermone hoc eodem munere particula ⲘⲈⲦ, ⲘⲈⲑ memphitice et baschmurice, ⲘⲚⲦ *) thebaïce

*) Sonus Ⲛ in medio particulae thebaicae nihil aliud est nisi praepositio ⲛ̀ dependens a primitivo substantivo *mut*, ⲘⲞⲨⲦ, ⲘⲈⲦ per metathesin inter *m* et *t* collocata. En alia hujus singularis usus exempla: numerus ternarius coptice ϣⲞⲘⲦ vel ϣⲞⲘⲦⲈ, audit; si substantivum dependens a numero sequitur pro ϣⲞⲘⲦ ⲛ̀ — ϣⲞⲘⲚⲦ dicetur, quae forma paullatim frequentissima fiebat. Eadem ratio, quae intercedit inter ⲘⲈⲦ et ⲘⲚⲦ, inter ϣⲞⲘⲦ et ϣⲞⲘⲚⲦ, intercedit etiam inter numeri denarii formas ⲘⲎⲦ et ⲘⲚⲦ (praef.) etc.

fungitur, quae nominibus praefixa illa abstracta reddit. Voces igitur demoticae modo nominatae redduntur coptice ⲘⲈⲦⲚⲞⲩϥⲣⲓ, bona, bonitas, ⲘⲈⲦⲞⲨⲓ, ⲧ, injustitia, iniquitas (etiam articulus femini generis ⲧ congruit) etc. aeque atque formatur ⲘⲈⲦⲚⲞⲨⲧ, divinitas, ⲘⲈⲦⲤⲀⲓ, pulchritudo, ⲘⲈⲰⲚⲞⲨⲬ, falsitas. Quae quum ita sit sperare possumus fore ut inveniamus, unde illud ⲘⲈⲦ copticae linguae originem ducat; recte enim Peyron in grammatica sua linguae copticae ubi de particulis cum substantivis compositis agit, observasse mihi videtur, istas omnibus in linguis ad remotissimas origines adscendere atque ut plurimum repraesentare voces antiquitatas. *) Atque revera illud ⲘⲈⲦ est unica vox quae nostro signo hieroglyphico et demotico accuratissime respondet. Quum enim supra dicerem signum 𓍿 sequi solere complementum litterarum T et U, in quas vocem cadere necesse sit, voce coptico ⲘⲈⲦ comparata, facile apparet totum signum habuisse pronuntiationem MUT et non TU ducibus Champollione reliquisque Aegyptologis. **) Atque etiam MUT in ipso coptico sermone adhuc restat, namque verbum ⲘⲞⲨⲦⲈ (theb.) vel ⲘⲞⲨⲧ (memph.) significat: sonum edere, sonare, cantare, clamare, vocare, appellare, incantare, quae omnes significationes maxime signo hieroglyphico accommodatae sunt.

---

*) V. pag. 27 gram. ling. Copt. ed. Amadeus Peyron. Taurini 1841.

**) Exemplum hujus vocis in fine verbi obviae papyri hieroglyphice exarati in titulo creberrimo mortuorum  exhibent, quem Champollio ⲘⲀⲦⲀⲨⲈ (le véridique) legit, equidem *s. ma-met* explico. Adhuc coptice ⲤⲘⲀⲘⲀⲦ *beatum, benedictum* significat, quod verbum mimine ad radicem ⲤⲘⲞⲨ referendum est.

Jam ut ad formulam hieroglyphicam pag. 2 redeamus, signa pronuntianda sunt: *mutu neter* vel *mut neter*, significantia sonos divinos, voces sacras, in quo id solum moneo signum *neter* honoris in deos gratia primum locum in illa formula obtinere, in pronuntiatione autem nimirum sequi. Etiam coptice particula ⲘⲈⲦ praefixa linguae alicujus gentis indicandae inservit, quod doctissimi philologi explicare non potuerunt, statuentes ⲘⲈⲦ formare nomina abstracta. In illa autem compositione antiquum usum vocis copticus sermo luculentissime retinuit, quare dicitur: ⲘⲈⲦ-ⲤⲨⲢⲞⲤ, lingua Syriaca, ⲘⲈⲦ-ⲞⲨⲒⲚⲚⲒⲚ, lingua Graeca, ⲘⲈⲦ-ⲢⲈⲘ-Ⲛ̀-ⲬⲎⲘⲒ lingua Aegyptiorum, addito articulo feminini generis ⲧ dependente a voce ⲘⲈⲦ.

Hac quaestione instituta postquam non solum formulae hieroglyphicae ad id tempns valde obscurae lucem attulimus, verum etiam particulam copticam usitatissimam ad remotissimam originem adscendere demonstravimus, pergamus inquirere quod in demotico sermone fuerit nomen linguae sacrae.

Monumentorum demoticis signis exaratorum etsi non magna est copia, quae dialecti sacrae mentionem faciunt, tamen quum alia tum inscriptio Rosettana praeclaris signis notissimo in loco, quo de triplici inscriptione agitur, commemorant. Ibi enim hieroglyphice scribendi ratio quum *sχi en mut-nuter* i. e. *scriptura linguae divinae* appelletur, dialectum sacram etiam in sermone populari *mut-nuter* vel *met-nuter* nuncupatam esse satis superque apparet. Et *nuter* quidem transcripsi vocem deum indicantem quum Aegyptios hoc tempore deum *nuter* pronuntiasse ex nomine aegyptiaco P.se-ne.nuter *) constet, quod in papyro graeco Parisiis asservato a me primo publici juris

*) Significat hoc nomen proprium: filius deorum. Vide p. 48 libri mei, qui inscribitur: Lettre à M. le Vicomte de Rougé au sujet de la découverte d'un papyrus bilingue.

facto, cujus exemplar demoticum Berolini detexi, graece ψενεμουτηρις transscriptum invenitur.

Jam nominibus dialecti sacrae enucleatis, restat ut exploremus, quomodo Aegyptii alteram popularem et hieroglyphice vel potius in lingua sacra, et demotice appellaverint. In quo id monere velim quum dialectus et scriptura demotica vel popularis multo posterior sit sacra, consentaneum esse conjicere, nomen in sacro sermone vel potius in sacra scriptura demum posteriore tempore esse formatum neque ad antiquam originem adscendere posse. Atque revera si monumenta accuratius examinamus, fere nunquam dialectum popularem hieroglyphice expressam inveniemus, sed si occurrit nomen, id quibusdam ambagibus redditur. Itaque inscriptio Rosettana atque Philensis quum scripturae nomen popularis hieroglyphice prior: *sχi en šai*, altera *sχi en aši* i. e. *scriptura voluminum, librorum* appellet, in promptu est conjicere linguam popularem oppositam sacro sermoni lapidi plerumque inciso *met-šai vel met aši* (lingua librorum) audiisse.

In dialecto popnlari, quam praesertim pactiones emtionum demotice conscriptae continent, nimirum saepissime nomen occurrit neque in ullam dubitationem vocari potest. Opposita enim linguis aliorum populorum, appellatur /.ιιι𓂋𓏏𓂝: *mut-rem-en-kemi* i. e. *lingua, sermo hominum Aegypti,* quod idem nomen etiam usitato posterioribus temporibus falsoque nomine coptico nuncupato sermoni in libris aegyptiace conscriptis inditum est: ⲘⲚⲦⲢⲘⲚⲔⲎⲘⲈ (Thebaïce) vel ⲘⲈⲦⲢⲈⲘ ⲚⲬⲎⲘⲓ (Memphitice).

Age vero ut ad alteram quaestionis partem transeamus, qua de variis scribendi modis apud Aegyptios agitur, primum omnes locos, qui leguntur apud veteres scriptores, paucis recensebo. A quibus duo potissimum scripturae genera distinguuntur, quae quamvis non uno et eodem nomine apud scriptores sint

appellata nomine, tamen omnia ad eandem rem se referre facile patet. Herodotus primus (II. 36) narrat Aegyptios duplici scribendi genere uti, altero sacro, altero demotico (*διφασίοισι δὲ γράμμασιν χρέωνται, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ἱρά, τὰ δὲ δημοτικὰ καλέεται*). Diodorus (III. 3) easdem scripturas *γράμματα ἱερὰ* et *δεμώδη* vocat. Inscriptio Rosettana Philensisque *) nomina *γράμματα ἱερὰ* et *ἐγχώρια* exhibent, quorum prius Manethos (ap. Sync. Chron. p. 40) *γράμματα ἱερογραφικά* vel *θεῶν γράμματα* reddit. Clemens Alexandrinus denique (Strom. V. 657) tria scripturae genera esse affirmat, quorum primum *γράμματα ἱερογλυφικά*, alterum *ἱερατικά*, tertium *ἐπιστολογραφικά* appellat. Hactenus veteres. In quo id solum moneo alteram scripturam hieraticam a solo Clemente nominatam quum genus sit compendiarium hieroglyphicae neque unquam nomen habeat in hieroglyphis, quo ab illis distinguatur, ad hieroglyphicam referri necesse esse.

Quaestio nunc exoritur, quae apud Aegyptios in utraque dialecto, sacra et populari, (nam in sermone coptico quippe qui a veteribus scribendi generibus paganorum deos olim celebrantibus abhorreat, non facile occurrunt nomina harum scripturarum) utriusque scripturae fuerint nomina, quam inire non difficile est, quum monumenta hoc idem discrimen, quod scriptores memoriae tradidere, satis superque edoceant. Inscriptiones enim hieroglyphis exaratae scripturam hieroglyphicam *sχi en mut-neter* i. e. scriptura (ϲϧⲁⲓ) sermonis sacri, demoticae: *sχi en mut-nuter* eodem nomine appellant. Alterum genus scribendi, quo sermo popularis continetur, duplici nomine monumenta appellant, prout sit oppositum aut dialecti sacrae scripturae aut Graecorum ceterarumque gentium scribendi modis. Sacris enim signis respectis scriptura popularis: sχi en śai i. e. scriptura librorum

*) *Στήλη* est, Philis detecta atque nunc in museo Taurinensi asservata.

nominatur, sin minus, alterum nomen in papyris usitatissimum: *p.sχi - en - rem - kemi* (ⲡⲓ ϭⲃⲓ ⲛ̀ ⲣⲉⲙ ⲭⲏⲙⲓ) scriptura Aegyptiorum, usurpatur.

Jam utriusque et dialecti et scripturae nominibus apud veteres Aegyptios enucleatis, licet mihi, ut omnia in conspectu videantur, tabulam sequentem subnectere:

**I. Lingua Aegyptia.**

1. *mut - neter*, sermo deornm, . . . *ἱερὰ γλῶσσα* (Manethos)
2. a) *mut - rem - en - kemi*, sermo sacer Aegyptiorum
   b) *mut - śai*, sermo librorum
   . . . *κοινὴ διάλεκτος* (Man.)

**II. Scriptura Aegyptia.**

1. *sχi - en - mut - neter*, scriptura sermonis deorum
   - *γράμματα ἱερά* — Herod. Diod. inscrip.
   - *γρ. ἱερογραφικά* / *Θεῶν γράμματα* — Manethos
   - *ἱερογλυφικά* — Clemens Alex.
2. a) *sχi - rem - en - kemi*, scriptura Aegyptiorum
   - *δημοτικά* . . Her.
   - *δημώδη* . . . Diod.
   - *ἐγχώρια* . . . inscript.
   b) *sχi - en - śai*, scriptura librorum . . . . *ἐπιστολογραφικά* Clem. Alex.

Hac quaestione finita priusquam ad dialectum popularem, mediam inter sacram atque copticam, cujus naturam inquirere nobis est propositum, transeamus, paucis monere velim de tribus dialectis copticae, vel potius ut jam supra observavi, Aegyptiae linguae. Cujus tres recensentur: memphitica, thebaïca, baschmurica, quae pro quibusdam legibus phoneticis inter se dissentiunt. Priores duae, ut ex nomine jam apparet, in iis regionibus valebant, quibus Memphis et Thebae capita fuere: in Aegypto inferiori et superiori. Ex utraque multa manuscripta ad nos pervenerunt, quibus doctissimorum virorum cura maximam partem editis facile potest colligi, quomodo consentiant, quo discrepent. Tertia denique dialectus baschmurica medium quendam locum obtinet inter priores, quum ii maxime ad veritatem accedere mihi videantur, qui statuunt eam conflatam esse tam ex memphitica quam ex thebaïca atque in iis locis esse adoptatam

quae inter Aegyptum inferiorem et superiorem posita sunt, fortasse in Oasibus.

Atque hoc discrimen dialectorum etiam in sermone populari apparet, quo tres potissimum dialecti non solum loci, verum etiam temporis finibus circumscriptae inveniuntur. Quae quum ita sint non alienum a re videtur, de his quid statuendum sit paullo accuratius exponere.

Et primi quidem demoticae scripturae igniculi tempore regis Psammetichi *) (aegyptiace: Psametek) elucent, qui quum regnum anno 665 ante Christum natum adipisceretur, non multum a vero abhorrebimus si ponimus scripturae demoticae usum in Aegypto septimo seculo ante Ch. n. jam latius patuisse. Quod ad sermonem popularem certissime jam multo priore tempore viguit, tum vero demum aptam scripturam sibi accomodavit. Hunc autem sermonem antiquissimam atque primam constituere dialectum popularem, quae vel recentissimis Aegyptiis adhuc nota fuerit, non minus luculenter apparet. Nam quae est tota Aegyptiorum vivendi ratio, omnia a majoribus instituta intacta relinquere, idem etiam in scribendi modis usu venisse videbimus, ubi remotissimo tempore eadem signa vocesque atque recentissimo adhibita sunt, dum recentior dialectus jam egregie a vetere loquendi consuetudine recesserat. Quod antequam demonstrabo licet mihi praefari, quae quum ita sint unde nos sciamus, quo modo Aegyptii recentioris temporis linguam suam pronuntiaverint. Quod quidem probatu profecto non difficile est.

Plurimi inter veteres scriptores, qui quidquid id est de Aegypto memoriae tradiderunt, quum saepissime Aegyptias voces suis litteris addita significatione transcriberent, ex his verbis transcriptis primus fons nobis existit pronuntiationis accurate

*) Asservantur enim in museo Taurinensi papyri vetustissimis signis demoticis exarati, qui usque ad quadragesimum quintum annum regni Psammetichi adscendunt.

cognoscendae. Deinde iidem scriptores quia fere semper in Aegypto inferiori, praesertim in urbe celebratissima Alexandria, versati sunt, fieri non potest quin dialectus, unde voces depromserunt, non alia sit quam sermo Aegypti inferioris sive memphiticus. Exempli gratia in antiquiori dialecto vox: *luna* aah audit, eundem sonum continens, quem sacra dialectus exhibet. Jam Chron. Alex. ed. Rad. p. 96 refert vocem ιω pro luna, quacum optime pronuntiatio memphitica linguae copticae: ⲓⲱϩ congruit, cujus thebaïca forma ⲟⲟϩ redditur.

Alterum neque minus felicem fontem papyri graece scripti, in sepulcris Aegypti superioris detecti exhibent, qui plerumque apographa emtionum pactionum ampiectuntur, quo in numero primum iocum is obtinet, quem pauilo antea in iucem edidi. Is, enim maximam nominum propriorum Aegyptiorum collectionem continet (qua re in citandis nominibus propriis semper ad hunc me referam), e quibus dialecti tum in Aegypto usitatae natura optime eiucet. Hi enim papyri quum in Thebaïde sint redacti dialectum Thebanam, prototypum ejusdem sermonis Coptici, repraesentare necesse est, cujus rei hoc sit exempium. Vocem pro iuna memphitice ιω (ⲓⲱϩ) sonuisse supra probavi, thebaïce vero eandem vocem videmus in nomine proprio, in illo papyro Parisiensi obvio, Παως, quod abjectio articuio masc. gen. π atque terminatione graeca ς, nihil aliud est nisi prototypum Thebani ⲟⲟϩ coptici sermonis. Haec una vox igitur quinque formis apparet:

| | *Memphitice* | *Thebaïce* |
|---|---|---|
| *sermo popularis* (anti-quior) | AAH | |
| *sermo popularis* (recen-tior) | ioh (ιω) | aoh (αω-ς) |
| *sermo copticus* | ⲓⲱϩ | ⲟⲟϩ |

Age vero, ut ad priorem, unde profecti sumus, dialectum popularem revertamur, ea etiam Persarum regum temporibus usque ad Alexandrum Magnum, antiquam formam pronuntiandi retinuisse videtur, etsi non magna est copia graece transcriptorum verborum, quum his temporibus Aegytii nullam fere haberent cum Graecis conjunctionem. Attamen ab Herodoto aliqua verba memoriae tradita sunt, quae praeclaro argumento esse possunt hanc dialectum antiquiorem propius ad sacram quam ad copticam in universum accedere. Antiquae dialecti vel linguae quum enim sit uti tribus potissimum vocalibus litteris A, I, U, propterea primitivae nominatis, consentaneum est conjicere hoc idem apud Aegyptios usu venisse. Et primum quidem Herodotus deum Ammonem non ut reliqui scriptores fecere Ἄμμων, sed antiquam Aegyptiorum pronuntiationem vocis sequens Ἀμμοῦν nominat. Vocalis enim littera *o* nihil aliud est nisi forma temporum fluxu depravata prioris litterae *u*, sicuti littera *e* forma est secundaria prioris *a*. Hoc enim videmus in illa voce, qua Aegyptii Herodoto auctore crocodilum appellaverunt: χάμψαι qua, durissima aspiratione χ missa facta, vocalis *a* in summa voce antiquae pronuntiationis praeclarum est argumentum. Posteriores enim Aegyptii, tempore Lagidarum, ut ex nomine proprio Πεμσαις (pap. graec. paris. col. 24 lin. 2) apparet, crocodilum *emsah* vel articulo masculini generis *p* praefixo, *pemsah* appellaverunt antiquiore vocali littera *a* cum *e* secundaria permutata. Etiam in coptico sermone idem animal ⲠⲈⲘⲤⲀϩ sonat, aeque ac vox tempore Ptolemaeorum in Aegypto usitata. Non minus egregium exemplum antiqui sermonis usus illa vox exhibet, qua Aegyptios naviculam designasse idem auctor affirmat: βᾶρις. Haec enim posteriore tempore non *bari* sed *biri* sonasse inscriptionis Rosettanae pars demotica testis est, in qua verbum *biri* (lin. 12) graece: νῆες (lin. 30) redditur. Etiam coptice voce ⲃⲓⲣ corbis, sporta, utpote ramis plexa ut genus quoddam

scaphae, indicatur. Nullam enim auctoritatem verbo coptico ⲃⲁⲣⲓ ⲃⲁⲓⲣⲓ a Kirchero tradito attribuo, quum Kircherus non ex libris copticis, sed ex ipsis Herodoti verbis vocem Aegyptiam finxisse videatur.

Huc etiam pertinet nomen *Ψαματιχος* in antiquissima graeca inscriptione obvium, quae reperta est in loco Abu-simbel quantumque ex litterarum formis judicari potest, Olympiadi 40. attribuenda (vide Corpus inscripp. vol. III fasc. II no. 5126 pag. 507). Non minus huc referendum est pronomen *πατε, πατ* pro *πετε, πετ*, quod in multis nominibus propriis forma antiquior occurit. (Ex. c. in pap. gr. par. col. 28 lin. 4. *Πατεμοστους*).

Jam quum plura desint unde accuratam hoc tempore veterum Aegyptiorum pronuntiandi rationem cognoscamus, ad sermonis popularis posterioris temporis dialectos transeamus, quarum naturam permultis nominibus graece transcriptis certius exquirere licet. Et primum quidem de dialectorum discrimine, cujus exemplum paulo superius exhibui, fusius disputemus, in qua quaestione eam viam disserendi ingrediamur, ut respectis semper coptici sermonis proprietatibus a vocalibus inciplamus atque diligentissime inter se perpensis quaecumque ad naturam consonantium pertinent, finem hujus prioris partis disputationis faciamus. In coptico autem sermone maximum dialectorum inde exoritur discrimen, quod dialectus memphitica fere semper vocalem ⲓ, ubi altera thebana ⲉ, praesertim in fine verborum, vel ⲉⲓ, profectam e primitivo ⲓ, exhibet, ita ut constituatur genus quoddam jotacismi. Jam sermonem popularem si examinamus e nominibus graecis litteris redditis in eodem hoc idem discrimen fuisse facile sibi quisque persuadebit. Hecataeus decimum septimum majorum quum deum fuisse Aegyptiis sacerdotibus gloriaretur, Aegyptios illi 345 statuas sacerdotum ostendisse Herodotus narrat (II. 143) *φάμενοι ἕκαστον τῶν κολοσσῶν πίρωμιν ἐκ πιρώμις*

γεγονέναι. Illis verbis πίρωμιν ἐκ πιρώμις qunm per se pateat sacerdotes nihil aliud voluisse exprimere nisi omnem seriem maximam *homines* fuisse, tum coptico sermone illud satis superque probatur. Memphitice enim solum homo ⲡⲓ ⲣⲱⲙⲓ audit, quae vox plane est congrua illis Herodoti. Thebana enim forma quum ⲡⲉ ⲣⲱⲙⲉ sonet, huc pertinere non potest. Iliud autem jotacismi genus praesertim ex articuli usu patet, qui memphitice ⲡⲓ, thebaïce ⲡⲉ sonat, id quod clarissime ex iisdem nominibus propriis elucet. Ex. c. pap. graec. par. col. 34 lin. 6 nomen refert Πεβως, atqne revera coptice forma thebana ⲡⲉ ⲃⲱ significans crinem, capillum, comam, sola est, qnacnm quadrat illa vox demotica.

Aliud exemplnm discriminis dialectornm inter ⲓ et ⲉ vel ⲉⲓ vox *iri* exhibet, qnae coptice ⲓⲣⲓ in memphitica dialecto, in thebana ⲓⲣⲉ, vel ⲉⲓⲣⲉ sonat. Jam Plntarchus priorem formam memphiticam fideliter memoriae tradidit; dicit enim in scripto de Iside et Osiride cap. 10 ἶρι apud Aegyptios ocnlum significare. Contra Thebanam pronuntiationem papyri graece conscripti exhibent, qui saepissime nomina Ερεφινις, Ερενουβις vel Ερανουβις (pap. graec. par. 36, 7; 19, 9) referunt, quorum prior pars ἔρι (fere ⲉⲓⲣⲉ) nihil alind est nisi forma depravata atqne thebana memphiticae ἶρι.

Sed non solnm *e*, verum etiam *ei* in popnlari sermone primitivam litteram *i*, plerumqne memphitice integram relictam, thebaïce sonasse, argnmento esse potest nomen proprinm Θαφεις (pap. g. p. col. 8 iin. 3) qnod, abjecta syllaba finali ς, a Thebanis *t.hafei* pronuntiatnm est, Memphitis sine ullo dnbio vocem *t.hafi* pronuntiantibus. Coptice haec eadem vox serpentem significans longe aliam sibi induit vocalis formam. In eandem classem refero nomina Εισις, Οσειρις, Επειφι (Corp. inscr. III. 2. no. 4708, 4836) obvia in inscriptionibus graecis, quae thebanam

pronuntiationem etiam in his nominibus exhibent alias semper *Ισις, Οσιρις, Επιφι* sonantibus.

Litterarum ⲓ et ⲉ permutatio quemadmodum discrimen inter dialectum memphiticam atque thebanam constituere exemplis propositis demonstravimus, ita etiam litterarum *ô* (ω) et *o* vel potius *ωου* et *ου* varius usus in iisdem vocibus Aegyptiis popularis sermonis singularem utriusque dialecti pronuntiandi rationem probant. Hoc luculentissime e nomine proprio dei Aegyptii Thoth apparet, quem Aegyptios (nimirum ii Aegyptii qui in parte inferiori terrae domicilia et sedes habebant) *Θωὺθ*, quin Alexandrinos *Θώθ* appellasse expressis verbis in Eusebii praep. evang. I cap. 9 affirmatur. Papyri vero graeci in Thebaïdis regione reperti deum pro dialecti thebanae natura *Θοουτ, Θοουθ, Θοτ* appellare solent, unde Memphiticas litteras *ωυ* vel *ω* Thebanas *ου* vel *o* aequare apparet. Aliud exemplum hujus rei nomen Aegyptium aquae praebet, quam, testibus scriptoribus Alexandrinis, memphitice *μῶ, μῶϋ* audiisse scimus. Papyri graeci vero, etsi solum in compositione verborum, nomen aquae *μου* reddunt ut in pap. graec. par. pag. I lin. 9: *πμουνεμουνις*, col. 37 lin. 3. *πμουνισις*. Atque revera coptice in dialecto memphitica aqua ⲘⲰⲞⲨ, sive articulo praefixo ⲡⲓ ⲘⲰⲞⲨ, ⲫ ⲘⲰⲞⲨ, in thebana autem ⲡⲉ ⲘⲞⲞⲨ, ⲡⲉ ⲘⲞⲨ sonat, eodem discrimine atque in populari sermone asservato. Sed quum longum sit omnia exempla enarrare, quibus quod jam ex his conspici potest appareat, juvat nunc ad consonantes litteras transire, quorum discrimen in universum gravius et ad certas quasdam regulas applicatum esse solet.

In dialectis coptici sermonis saepissime occurrit permutatio litterarum ϫ memphiticae et ⲕ (primitivae) thebanae; atque hoc etiam de populari lingua effari possumus. Ita Plutarchus (de Iside et Os. c. 33) qui dialecti memphiticae vocibus in scriptis

suis utebatur, Aegyptum aeque ac nigrum oculi *χημία* appellari narrat. Si lexica coptica consulimus haec edocent memphitice revera ⲭⲁⲙⲏ, nigrum et ⲭⲏⲙⲓ, Aegyptum designare, quae voces accurate cum illis Plutarchi quadrant. In thebana contra dialecto copticis verbis ⲔⲎⲘ, nigrum, ⲔⲎⲘⲈ Aegyptus indicatur, id quod optime cum transcriptione papyrorum in Thebaïde exaratorum: *χημις* congruit. Itaque legitur in testium indice papyri Greyani nomen demoticum Pa-kemi i. e. consecratus Aegypto, litteris graecis *Παχημις* redditum, quae forma sola Thebanae dialecti naturae accommodari potest.

Ex his exemplis etiam id apparet quum demotice scribatur *kemi*, quae fuerat sine dubio antiqua pronuntiatio vocis, in coptica lingua dialectum thebanam consonantem primitivam *k*, *i* vocalem finalem memphiticam retinuisse.

Eandem rationem, quae intercedit inter litterarum k et *χ* usum, etiam inter *p* et *ph*, *φ* intercedere exemplis facile demonstrare possumus. Dialectus enim memphitica tam demotici quam coptici sermonis non solum in articuli usu ita a thebana differt ut *φ* pro *p* primitivo adhibeat, verum etiam in permultis aliis vocibus *p* radicalem, littera *φ* permutavit. Exempla sermonis coptici nota sunt; quod ad sermonem popularem primum illud nomen citabo inditum Josepho a Pharaone, quod LXX interpretes Alexandriae versati *ψονθομφανηχ* reddunt i. e. *p.so-n-to-n ṕ.anch, rex mundi vitae.* Iidem interpretatores deinde nomen Aegyptii, qui Josephum ab Ismaelitarum manu emit, Hebraïce פוטיפר scriptum, *Πετεφρη* i. e. *Pete-ṕ.re, devotus soli* appellant, quod dialectus thebana, ut ex plurimis vocibus articulo munitis graeceque transcriptis *Πετεπρης* reddere solet. Nulla enim thebana vox a littera *φ* incipit, nisi sit compendiaria littera confiata ex articulo thebano *p* atque littera *h* in summa voce, quo pertinent ex. c. nomina *Φιβις* (p. hib,

ibis avis), φατρευς (p. hatreu, gemellus), φρι (p. hri, primus, superus), alia.

Quemadmodum in articuli masculini generis usu haec differentia litterae p et φ praeclare patet, ita etiam in multis aliis vocibus memphitice ṗ, φ, thebaïce p littera adhibetur. Praesertim autem hoc discrimen in nomine dei Ptah apparet, quem inscriptiones in Aegypto inferiori exaratae ΦΘᾶ graecis litteris reddunt, in hunc enim modum scriptum Rosettana inscriptio notissima plurimis locis dei nomen refert. Inter scriptores Eusebius (praep. ev. III, 11), disertis verbis naturam dei explicans, hoc nomen eadem ratione ΦΘᾶ nominat, quocum etiam Jamblichii (de myst. VIII, 3) transcriptio ΦΘά consonat. Thebani fontes, quos papyris Thebis repertis supra diximus contineri, quae est hujus dialecti praestantia, retentis primitivis consonantibus litteris, semper Πταις (i. e. Ptah-ις) pronuntiasse e nomine proprio Ψενπταις in pap. graec. par. obvio satis superque apparet. Etiam in coptico sermone deus Ptah thebaïce ⲠⲦⲀϩ appellabatur, ut ex egregio loco Ms. coptici (Zoëga 458 cat.) elucet, qui hoc refert: ⲏⲫⲁⲓⲥⲧⲟⲥ ⲉⲧⲉ ⲠⲦⲀϩ ⲡⲉ i. e. *Hephaestus qui est Ptah.*

Huc etiam referendum est, quod graeci papyri Thebis reperti vocem, qua veteres Aegyptii caput significabant ⲀⲢⲈ vel articulo femini generis Ⲧ praefixo ⲦⲀⲢⲈ, semper litteris graecis Ταπε, Ταπ, (ex. g. in nomine proprio Ταπχωνσις, pap. gr. par. 21, 3) reddunt, ita ut plane vox congruat cum copt.-theb. forma ⲦⲀⲠⲈ, caput. Memphitice enim eadem vox tantum ϯⲀⲫⲈ sonat; exemplum demoticum graece transcriptum in promptu non habeo.

Jam rationem intercedentem inter litteras p et ṗ, φ, k et ch, χ memphiticas et thebanas tam in demotico quam in coptico sermone si pleniorem reddere velimus, tertium socium litteram t

et $t$, $\theta$, prioribus adjungi debebat. Sed de hac quaestio non certissima est. Quum enim, quod ad linguam copticam, thebaïce $\theta$, nisi sit compendium quoddam litterarum ⲧϩ alias pone positarum, nunquam adhibeatur pro ⲧ, id quod memphitice non solum in articulo feminini generis usu, verum etiam multis in vocibus crebberrime fieri assolet, verba forte graece transcripta aut apud scriptores aut in papyris obvia etiam thebaïce ⲧ et ϴ promiscue adhibitas esse probant. At de his infra plura dicenda sunt.

Saepius etiam in coptico sermone memphitice ⲫ vel ⲫ pro thebana littera ⲃ dicitur, cujus rei exempla jam in populari sermone obvia e nominibus graece transcriptis afferam. Appellatur apud Aegyptios dea quaedam tam in hieroglyphis quam in demotica scriptura *Neb-t.hi* quod nomen si ad verbum vertis *dominam domus* significat. Plutarchus, quem in Aegypto inferiori versatum fuisse omnia fere verba Aegyptia memphitica civitate donata, quae citat, probant, illud nomen Νέφθυς graecis litteris transcripsit nimirum secutus pronuntiationem Aegyptum inferiorem incolentium: *nif-t.hi, nef-t.hi.* Ejusdem autem nominis thebana forma exemplum mihi prabuerunt graecarum inscriptionum specimina in fragmentis supellectilis fictilis in insula Elephantinae repertis, quibus Aegyptio cuidam nomen *Πανυβδις* inditum est (cf. corp. inscrip. no. 4874/6), quod componitur e pronomine *πα*, copt. theb. ⲠⲀ atque nomine deae, de qua agitur, *νυβ-δι*, *nib-t.hi.* Coptice in utraque dialecto *dominus* ⲚⲎⲂ sive ⲚⲈⲂ sonat.

Etiam aliud nomen, quod jam supra commemoravi, *Πεβως* testis esse potest, veteres Thebanos litteram ⲃ adhibuisse ubi memphitice ⲫ dictum est. ⲠⲈⲂⲰ enim thebaïce, memphitice vero Ⲡⲓⲫⲱⲓ capillus, coma nominatur.

In coptica lingua etsi rarius accidit, ut litterae *r* et *l*, quas ab uno tantum signo hieroglyphico profectas esse notum est, thebaïce et memphitice permutentur, tamen exempla non absunt atque passim occurrunt. Duarum enim litterarum mitior dialectus memphitica litteram *l* mitioris pronuntiationis, *r* duriorem libentius durior thebana dialectus adhibet. Ita in sermone populari thebaïce juvenem, adolescentem *p. χir* appellatum esse papyri graeci docent, qui ex. g. nomen *Ιχοχωνσις* i. e. *p.χir Chons*, „juvenis Chons (deus)“ aegyptium referunt. Coptice etiam in dialecta thebana juvenis in verbo composito ϩρϣιρε, ϩρ appellatur, dum eadem vox memphiticam formam ϸελ-ϣιρε induit.

Jam litterae aegyptiae, quas hactenus examinavimus, quum haberent graeci alphabeti congruas, hoc idem de aliis dici non potest. Prae ceteris autem huc eum sonum refero, qui quamvis demotice uno tantum signo repraesentetur, tamen, id quod statim exemplis probabo, graecis litteris vel ϰ vel ϛ vel ϑ adhibita varia ratione redditur, unde in promptu est colligere id unum signum etiam demotice duplici pronuntiatione usum esse. Haec autem tam diversa transcribendi ratio, habeat qua nitatur causam quum necesse sit, videbimus id solum explicari posse si statuimus jam tum dialectorum discrimen maximum aeque atque in lingua coptica exstitisse. Coptice enim litterae ϫ et ϭ saepissime in *iisdem* vocibus ita permutantur, ut dialectus thebana hanc, illam memphitica adoptet; quod non ita intelligi volumus quasi habeat dialectus thebana solum litteram asperam ϭ, memphitica, pro sua natura, dulciorem ϫ, quum in multis vocibus usus sit promiscuus. Exempla e coptico sermone lexica praebent; quod ad linguam popularem, papyrus graecus parisiensis sequentia verba demotica, in quibus littera, de qua quaeritur, asterisco designamus, his litteris reddit:

| | | |
|---|---|---|
| *he***elfi* . . . . . | *Λκολφις* | (6, 9) |
| **elu** . . . . . | *Κολλουθης* | (7, 6) |
| *pa***em* . . . . . | *Πασημις* | (8, 6) |
| **eo* . . . . . | *Τεως* | (12, 2) |
| **etem* . . . . . | — *σατμις* | (3, 6) |
| **elu** *e* . . . . | *Καλουσης* | (3, 4) |

Cum his si verba sermonis coptici comparare volumus, tabula sequens duas potissimum leges nos docebit:

| | | | |
|---|---|---|---|
| *he***el-fi* | *theb.* | ϩⲁⲩϭⲁⲗ (-ϥⲓ) | *memph.* ⲁⲩϫⲁⲗ, anchora, |
| **elu** | *memph.* | ϭⲗⲟϫ, | pes, crus, genu, |
| *pa-***em* | — — | ϫⲟⲙ, | robur, |
| **e-o* | *theb.* | ϫⲉ, | dicere, *memph.* ϫⲉ, |
| **etem* | *theb.* | ϫⲁⲧⲙⲉ, | acervus, |

1) ubi thebana atque memphitica dialectus in iisdem vocibus altera ϭ altera ϫ litteram exhibet, Graeci sequentes thebanam pronuntiationem signum phoneticum * *littera* κ transcripserunt;

2) ubi vero utraque dialectus vel etiam sola thebana dulciorem litteram ϫ habet, Graeci in transcribendo vel σ vel θ (etiam τ) litteris usi sunt. (Cf. nomen demoticum **elu**: *κολλουθης* et *καλουσης* graece redditum).

Inde autem consequitur ut jam hoc tempore discrimen litterarum ϭ et ϫ exstiterit.

Ex his, quae modo docui, non minus quam ex reliquis exemplis supra prolatis mihi probasse videor jam eo tempore, quo Aegyptii cum Graecis aliisque populis artiorem contraxerant societatem, dialectorum discrimina eadem ratione atque in lingua coptica posterius usitata, exstitisse. Quare finem hujus partis disputationis faciam, postquam in tabula sequenti uno con-

spectu praestantissima dialectorum sermonis popularis discrimina proposui:

| sermo popularis | | |
|---|---|---|
| antiquior | recentior | |
| | dial. memphitica | dial. thebana |
| (E) I | ι | ι, ει |
| U | ω | ο |
| | ωυ | οου |
| K | χ | κ |
| P | φ | π |
| B | φ (ϥ) | β |
| R̄L̄ | λ | ρ |
| ✲ | κ (ϭ) | ϫ |
| | σ, θ (ϫ) | |

Nunc autem linguam popularem ex monumentis ipsis aegyptiis litteris exaratis investigaturis nobis, maximo impedimento est, quominus accurate hujus naturam cognoscamus, quod, ut supra jam demonstravi, antiqua vocum scribendarum ratione vel recentissimis temporibus retenta, illa tantum perpauca graece transcripta verba nobis duces existunt. Quod quum ita sit, comparatio nullo alio modo institui potest nisi inter linguam antiquiorem popularem et copticam, iis semper recentioris temporis vocibus respectis, quae forte in nominibus propriis graecis litteris redditis memoriae tradita sunt. In hac autem investigatione hanc viam ingrediamur ut a vocalibus litteris initium capiamus et deinceps ad consonantes transgrediamur.

Jam supra exposui et in hieroglyphica et demotica scriptura tres solum vocales litteras inveniri, quarum quaeque pro rei scriptoriae apud Aegyptios natura plurimis signis exprimitur. Ita littera *a* tria potissima habet signa, ex hieroglyphis respondentibus exorta, quibus omnibus *a* vocalis vim inesse satis superque constat.

Et primum quidem, ut ab hac littera incipiam, e lexico demotico meo haecce demotica verba transcribam, quibus ut naturam litterae cognoscamus verba memphitica et thebana sermonis coptici adjiciam:

| vox demotica | vox coptica | | |
|---|---|---|---|
| | T. | M. | B. |
| *aiur* | ⲓⲉⲟⲩⲗ, ⲉⲓⲟⲩⲗ, ⲉⲓⲉⲟⲩⲗ, ⲉⲉⲓⲉⲓ-ⲟⲩⲗ | ⲉⲓⲟⲩⲗ, ⲉⲟⲩⲗ | . . . *cervus.* |
| *aik* | ⲁⲉⲓⲕ | ⲁⲓⲕ | . .*dedicatio.* |
| *au* | ⲁⲩⲱ | - | ⲁⲩⲱ, *et.* |
| *aua* | ⲉⲟⲟⲩ | ⲉⲟⲟⲩ | ⲁⲩ, *gloria.* |
| *abi* | ⲁⲃⲉ, ⲟⲃⲉ | ⲟⲃⲓ | - *sitire.* |
| *abh* | ⲟⲃϫⲉ | - | - *dentes.* |
| *af* | ⲁⲃ | ⲁϥ | - *caro.* |
| *apa* | ⲁⲡⲉ | ⲁⲫⲉ | ⲁⲡⲏ, *caput.* |
| *am* | ⲟⲩⲟⲙ | ⲟⲩⲱⲙ | - *manducare.* |
| *ament* | ⲁⲙⲉⲛⲧⲉ ⲉⲙⲛ̄ⲧ | ⲁⲙⲉⲛ† ⲉⲙⲉⲛⲧ | - *infernus,* *occidens.* |
| *anχ* | ⲁⲛⲁϩ, ⲁⲛϩ, ⲱⲛϩ | ⲱⲛϩ | ⲁⲛⲁϩ, ⲁⲛϩ̄, *vivere.* |
| *anχ-iri* | — | ⲁⲛϣⲓⲣⲓ | - *pisum Indicum.* |
| *an* | ⲁⲛ | ⲁⲛ | ⲉⲛ, *non.* |
| *ani* | ⲱⲛⲉ, ⲉⲛⲉ | ⲱⲛⲓ | ⲱⲛⲓ, *lapis.* |
| *anh* | - | ⲙⲉϫⲉⲛϩ | - *supercilium.* |

| vox demotica | vox coptica | | |
|---|---|---|---|
| | T. | M. | B. |
| *al* | ⲱⲗ | ⲱⲗ | —, *sumere, aufere.* |
| *arpi* | ⲃⲣ̄ⲣ̄ⲉ, ⲃⲉⲣⲣⲉ | ⲃⲉⲣⲓ | ⲃⲉⲣⲣⲓ, *recens, novus.* |
| *artu* | ⲉⲣⲧⲱ | ⲉⲣⲧⲱ | - *spithama.* |
| *arpi* | ⲉⲣⲡⲉ, ⲣ̄ⲡⲉ | ⲉⲣⲫⲉⲓ | ⲉⲗⲡⲏⲏⲓ, *templum.* |
| *arp* | ⲏⲣⲡ | ⲏⲣⲡ | ⲏⲗⲡ, *vinum.* |
| *arẏ* | ⲁⲣⲏⲝ | ⲁⲩⲣⲏⲝ | ἄκρον, *extremum.* |
| *ara, arai* | ⲉⲣⲣⲟ | ⲟⲩⲣⲟ | ⲣ̄ⲣⲁ, *rex.* |
| *arta, art* | ⲉⲣⲱⲧⲉ | ⲉⲣⲱⲧⲓ | ⲉⲣⲱⲧⲓ, *lac.* |
| *alla* | ⲉⲗⲟⲟⲗⲉ | ⲁⲗⲟⲗⲓ | - *infans.* |
| *alu* | ⲁⲗⲟⲩ | - | - *infans.* |
| *aska* | ⲱⲥⲕ | ⲱⲥⲕ | *tardare.* |
| *asχi* | ⲁⲯⲁⲓ, ⲁⲯⲏ, ⲁⲯⲉ | ⲁⲯⲙ ⲟⲯ, ⲱⲯ | ⲁⲯⲉⲓ, *multiplicari.* - *multum.* |
| *aṡ* | ⲁⲯ | | - *caminus.* |
| *aṡ* | ⲱⲯ, ⲉⲯ | ⲱⲯ | - *legere.* |
| *aṡem* | ⲱⲯⲙ̄, ⲟⲯⲙ̄ | ⲱ̊ⲯⲉⲙ | - *exstinguere* |
| *aha* | ⲉϩⲉ | ⲉϩⲉ | ⲁϩⲏ, *bos.* |

**Comparatione instituta facile cuique elucebit *a* vocalem primitivam popularis sermonis in coptico tribus potissimum sonis exprimi: *a* vel *e* vel *o*. Littera *e* nihil aliud est nisi forma minuta atque temporis fluxu depravata primitivae *a*, quare**

utraque in eandem classem referenda est; quod ad litteram *o* (coptice ⲱ vel ⲟ) hanc ita explicari necesse est, ut Copti in pronuntianda littera *a* ad sonum *o* vergerent, id quod jam ex nominibus graece transcriptis luculentissime apparet. Ita deus *Har* (sic enim hieratice exaratur) a Graecis solus Ὡρ, *Hôr* pronuntiatur, simulatque compositus est cum alia voce: Ἁρ, *Har*, vel etiam Ἑρ, *Her* sonat. Cf. nomina Ἁρποχρατης, Πετεαρπρης, Ἁρσιησις, Ἁρμαχορος, Ἁρμαχις, Ἁρπαησις, Ἑρτωσι, Ἑρμοχυμιος; quod ad *e* cf. etiam nomen Ανουβις atque compositum Ερινουβις.

In universum autem animadvertendum est coptice in initio vocum litteram *a* demoticam *o* sonasse, in fine verborum uti littera ⲉ, immo memphitice pro iotacismo ι audiisse.

Etiam Ptolemaeorum tempore hanc differentiam unius et ejusdem vocis exstitisse, non solum exempla supra proposita probare possunt, sed etiam confirmatur verbis forte a Graecis transcriptis, quae ad hanc classem pertinent. Ita vox *anχ*, vita, in maximo papyro parisiensi *ωνιχ-ος* (in nomine proprio *Εφωνιχ-ος*) redditur, non aliter atque memphiticum ⲱⲛϩ sonans. Antiquiores LXX interpretes eandem vocem vetudtiori forma *ανηχ* (in nomine proprio *Ψονιομφανηχ-ος*) appellant. Vox *arpi*, praefixo articulo feminini generis, in nomine deae cujusdam orrurrit *Θ.ριπις*, unde consequitur, ut verbum *ripi*, littera *a* plane amissa, audiverit, id quod fere inversa est lectio memphitici ⲃⲉⲣⲓ : ⲣⲓ-ⲃⲉ, ⲣⲓ-ⲡⲉ: juvenis, recens.

Vox *arp* vinum significans, quam Aegyptii posteriores ⲏⲣⲡ (êrp, êrb) pronuntiasse Mss. coptt. probant, etiam a Graecis simili modo redditur; dicit enim Eustath. ad Odys IX v. 359: *ἔστι δὲ ἔρπις Αἰγυπτιστὶ ὁ οἶνος.*

Quod ad vocem aegyptiam *ara*, *arai* primum serpentem, deinde regium cultum, ad postremum regem ipsum indicantem,

haec, articulo mascuiini generis memphitico praefixo, ab Eusebio citatur atque nomen est notissimum. Etenim verbum aegyptium *φαραῶ* explicans, Eusebius *οὕτω* inquit *γὰρ Αἰγύπτιοι τοὺς βασιλεῖς ἑρμηνεύουσι.* Atque revera vocem aegyptiam *p.ara, p.arai* fontem esse graeci *φαραῶ* maxime vox congrua coptica affirmat, qua rex ⲉⲣⲣⲱ, ⲟⲩⲣⲟ nominatur.

Jam primae iitterae disquisitionis finem faciamus; monemus soium, litteram primitivam igitur in hunc modum esse pronuntiatam:

Altera primitiva vocalis illa est, quae sonum *i* habet, atque demotice uno tantum signo repraesentatur. Quemadmodum in coptico sermone, ita etiam in populari iingua non magna est copia verborum, quorum littera initialis sonum i exhibet. Exempia, quae huc usque repperi, haec fere sunt:

| vox demotica | vox coptica | | |
|---|---|---|---|
| | T. | M. | B. |
| *ia* | ⲉⲓⲁ, ⲉⲓⲱ | ⲓⲁ, ⲓⲱ | . . . *lavare.* |
| *im* | ⲓⲟⲙ | ⲓⲟⲙ | ⲓⲁⲙ, *mare.* |
| *iar* | ⲉⲓⲁⲗ | ⲓⲁⲗ | - *speculum.* |
| *iar* | ⲉⲓⲟⲟⲣ, ⲉⲓⲉⲣⲟ | ⲓⲁⲣⲟ, ⲓⲁⲣⲱ | ⲓⲉⲣⲣⲟ, *fossa, rivus.* |
| *iri* | ⲓⲣⲉ, ⲉⲓⲣⲉ | ⲓⲣⲓ | ⲓⲣⲉ, ⲉⲓⲣⲉ, *esse, facere.* |
| *it* | ⲉⲓⲱⲧⲉ | ⲓⲱϯ | - *ros, roris.* |

Ratio dialecti memphiticae atque thebanae et sermonis coptici et sermonis popuiaris ex his exempiis apparet. Mem-


image
not
available

Ex his exemplis dilucide mihi apparere videtur litteram **u** primitivam linguae popularis in coptico sermone semper habere formam **ογ**, saepius auctam litteris **ο** vel **ω** adjunctis. Litterae vero **ⲩ** vel **ⳋ** Coptorum, quippe quae profectae sint e demotico *a*, nunquam *u* populari opponuntur. Jam si graece transcripta verba, quorum numerus major est, respicimus, haec demoticum *u* in universum reddunt:

littera **ο** in summa voce,

littera **ω** in media voce,

littera **υ** in fine verbi.

Etenim in hunc modum transcripserunt nomina propria aegyptia in papyris plerumque obvia; ex. c.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| **Usiri** . | — | Οσιρις, . . | coptice | Ογcιρι |
| **Un** . . | — | Ον-ης, . . . | – | ογον |
| **Ur** . . | — | Οηρ-ις, . . | – | ογηρ |
| **Uh** . . | — | Οηβ-ις, . . . | – | ογηβ |
| **Uhr** . . | — | Οωρ-ις, . . | – | ογϩορ |
| **Munt** . | — | Μωνθ-ης, . . | – | (Μωνθ) |
| **Chuns** . | — | Χωνσ-ις, . . | – | ϪωNC |
| **šomne.u** | — | Χομνευ-ς, . . | – | ϣMOγNE |
| **here.u** . | — | Ερευ-ς, . . | – | — |
| **pai.u** . | — | Παευ-ς, . . | – | — |
| **p.hetreu** | — | Φατρευ-ς, . . | – | ϩATPEEγ |

Haec singularis Graecorum ratio solum explicari potest si reputamus, quum Graeci uno tantum signo litteram *u* exprimere non possent, alienam litteram ita reddidisse, prout sonaret auribus graecis in variis vocum partibus. Ceterum non obliviscen-

dum, est Graecos etiam promiscue, ut posteriores Copti hanc litteram per *ου* dedisse.

Ex.: *Πουηρις*, *Νουιηρ-ις* (ⲛⲟⲩϯ, deus), *Ανουβ-ις* (ⲁⲛⲟⲩⲡ, Anubis) alia.

Jam omnibus fere examinatis, quae de vocalibus dicenda sunt, ad novam quaestionem nos conferamus, qua de natura consonantium agatur. Quarum prima classis eas amplectitur litteras, quas uno nomine *labiales* appellare solent quoque in numero in aegyptio sermone populari computantur soni: *b, p, f.* Ut autem a prima *b* incipiamus, in universum monere velim in Aegyptia lingua genus quoddam dilatationis phoneticae inveniri, cujus exempla jam his, de quibus agimus, temporibus exstant. Doctissimi enim viri, qui acerrimo linguae copticae studio se dederunt, quamvis statuerent pronuntiationem hodiernam (venia sit verbo hoc tempore) copticae linguae esse depravatam longeque aliter fuisse prioribus temporibus; haec priora tempora mihi ad multo remotiorem fontem adscendere videntur. Copti enim, id quod affirmant qui ipsos Coptos loquentes audierunt, quum litteram *b* minime uti *b* sed *w* pronuntiarent (Tukius rud. p. 1. habet B n. ⲂⲒⲆⲀ, vida, pot. *v.* Scholtz gram. aeg. p. 1.: B, nom. ⲂⲎⲦⲀ, vida, pot. *β*, pronuntiatio hodierna uti: *u, v, w* inter duas vocales. Aethiops apud Ludolfium semper B uti *w* pronuntiat), tum hoc idem in sermone populari fuisse plurimis exemplis probari potest. In duobus enim nominibus propriis deos significantibus: *Sobek* et *Soban* *), graeci papyri (ut maximus parisiensis) transcriptionem *Σουχ-ις* et *Σουαν-ις* exhibent, unde clarissime patet veteres Aegyptios *b* uti *w* pronuntiasse: *Sowan, Sowek.* In aliis exemplis graecis papyri il-

*) Cf etiam nomen aegyptium *Neb.thi*, quod redditur graecis litteris *Νεφθυς*, fere *New*-thi.

lud *b* = *w*, *β* littera reddunt (ex. c. *bal*, oculum, transcribunt *βαλ-ια*, *belle*, caecum, *βελλη-ς*) ubi monendum est eo magis esse censendum atque statuendum Aegyptios *b* uti *w* pronuntiasse, quod graecum *b*, *β*, praesertim hoc tempore Alexandrino, non uti *b* latinorum, sed plane uti Coptorum *vida* audiisse satis superque constat. Accedit autem, ut in nostram sententiam inclinemus, ratio dialectica copticae linguae. Etsi enim in universum *b* demoticum eandem habet litteram congruam in vocibus copticis, tamen passim exempla occurrunt, quibus memphitice ϥ, thebaïce Ⲃ pro *b* primitivo viceque versa adhiberi solet, unde consequitur ut *b* fuerit maxime affinis sono ϥ (= v). Sed et alio nec minus graviori argumento id, quod volo, demonstrari posse videtur. Pro lege enim euphonica coptice littera Ⲛ̇ ante omnes labiales in Ⲙ permutatur excepto uno sono ϥ (= v); in thebana autem dialecto etiam ante Ⲃ fere semper littera Ⲛ integra restat, unde jam Scholtzius gram. Aeg. p. 25 jure suo conclusit sonum litterae Ⲃ ad f vel *φ* prope accessisse.

Ex iis, quae hactenus disserui, quum mihi sequi videatur, ut ii soli recte judicent, qui statuunt signum copticum Ⲃ atque illud demoticum respondens, sonum litterae *w* habere: in grammatica nostra sermonis popularis Aegyptiorum hoc semper per *w* transcribemus. Age vero ut ad alteram hujus classis litteram Ⲡ illustrandam pragrediamur, quam quum Latinorum Graecorumque usum secuti aspero modo esse pronuntiandam aliqui inter doctos viros statuerent, nobis ea paulo accuratius tractanda esse videtur. Jam supra vidimus, inter veteres Aegyptios ipsos duplicem fuisse rationem, qua illam pronuntiarent. Ii enim, qui Aegyptum inferiorem incolebant, saepissime sonum litterae *p̀* (*φ*), Thebani autem *p* exhibebant, cujus rei haec sint exempla e coptica lingua desumpta:

| | coptice | |
|---|---|---|
| *demotice* | P. | M. |
| *pa* | ⲡⲁ | ⲫⲁ, *prom* ille qui est. |
| *pa* | ⲡⲉ | ⲫⲉ, *coelum.* |
| *apa* | ⲁⲡⲉ | ⲁⲫⲉ, *caput.* |
| *arpi* | ⲉⲣⲡⲉ | ⲉⲣⲫⲉⲓ, *templum.* |
| *peš* | ⲡⲉϣ | ⲫⲉϣ, *dividere.* |
| *perǵ* | ⲡⲟⲣϫ | ⲫⲟⲣϫ, *dividere.* |
| *perš* | ⲡⲉⲣϣ | ⲫⲉⲣϣ, *extendere.* |

Inde autem mihi apparere videtur, quum in ipsa demotica scriptura unum tantum signum litterae sit, sonum quandam habuisse analogiam in pronuntiatione, ita quidem ut inter *p* et *ṗ* sonuerit.

At qui fuerit ille sonus si quaerimus, e quibusdam jam antiquiore tempore graeca civitate donatis vocibus intelligi potest, quarum exempla exhibeo: nomen dei Ἄνουβ-ις aegyptiace scriptum ANUP, nomen urbis Ἄθριβ-ις, unde nomus Ἀθριβίτης, aegyptiace: A-T.RiPi (domus deae Tripidis), denique nomen mensurae ἀρτάβη, aegyptiace *artep*, alia.

Quum igitur littera primitiva *p* jam antiquiore tempore sonum *b* Latinorum habuisse constet, in transcribendis verbis demoticis nos etiam hac littera *b* uti volumus. Si autem quis nobis opponat, quod si sit cur Graeci in transcribendo non litteram *b*, *β* adhibuerint, is memor sit Graecos *illius* temporis *β* non uti *b* sed *w* pronuntiasse, quare pro *p* = *b* aegyptio nullam aliam habuerunt litteram congruam nisi *π*. Moneo ad postremum etiam apud Coptos litteram *π* non uti *p* verum *b* sonuisse.

Tertia ejus, de qua agimus, classis littera ea est, cui in coptico sermone maximam partem sonus ϥ respondet. En exempla:

| | coptice | | |
|---|---|---|---|
| *demotice* | T. | M. | |
| *nofer* | NOϥPE | NOϥPι | bonus. |
| *af* | AB | Aϥ | caro. |
| *hef* | ϩOB | ϩOϥ | serpens. |
| *af* | Eϥ | Eϥ | praef. partic. |
| *nef* | NEEB | NEϥ | nauta. |
| *nif* | NIϥE | Niϥι | spiritus. |
| *fi* | ϥι, ϥEι | ϥAι | ferre. |
| *snaf* | CNOB, CNAϥι | CNOϥ | sanguis. |
| *setef* | COTϥ | CωTϥ | purum esse. |
| *ǵef* | XOYϥ | Xωϥ | fervor. |

Ex his quid lucis litterae, de qua quaeritur, afferatur si quaerimus, non difficile est visu demoticum *f*, quum habeat saepenumero thebanam formam litterae *b* (= w), dum memphitica dialectus ϥ antiquum retinet, illum sonum medium locum obtinuisse inter *b* (w) et ϥ i. e. dictum esse uti Germanorum *v*. Id enim si ponimus non solum dialecticae rationes copticae linguae facillime explicari possunt, verum etiam verba, quae a Graecis forte circumscripta sunt, optime illustrantur. Etenim Graeci quum litteram non haberent, quae acuratissime sono *v* responderet, coacti sunt vario modo litteram alienam atque barbaram exprimere. Itaque, ut uno exemplo defungar, vocem *nofer* vel *nuf*, r littera paragogica abjecta, modo *νωφρι-ς* modo *νευ* reddiderunt, ut ex nominibus propriis *Ονωφρις* (aegyptiace *Un-nofre*) atque *Πετευτεμις* (aeg. *Pet- (n) ev-tem*) apparet. Praefixum *af* vel

*ef*, copticum ⲉϥ, syllaba *eφ* reddiderunt atque ita plerumque *φ* ad transcribendum demoticum *v* adhibuerunt. Littera enim *φ* transitum parat ad sonum *w*, quare nomen aegyptiae deae *New-t.hi* modo *Νεφθυς*, ut Plutarchus, modo *Νυβδις*, ut in inscriptionibus, transcripserunt, prorsus adapta dialectis copticis ratione.

Scala phonetica igitur litterarum labialium *) in hunc modum constitui potest, qua in re hoc solum monere velim, primam columnam sonum primitivum litteris majusculis expressum, alteram sonum respondentem sermonis populoris nec non coptici continere, tertiam denique eas litteras amplecti, quibus Graeci sonum aegyptium reddere studebant.

| 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|
| P. | b. | $(\beta)$, $\pi$, $\varphi$. |
| B. | w. | $\upsilon$, $\beta$, $\varphi$. |
| F. | v. | $\upsilon$, $\varphi$. |

A litteris labialibus ad linguales transeamus, quo in numero in lingua populari duo tantum referuntur: *t* et *s*.

Littera t multis in vocibus occurrit, in quibus primitivo t coptice vel ⲧ vel ⲑ pro dialecto respondet. Exemplis supra passim obviis ea, quae sequuntur, adjiciam:

demotice: *toto*, T. ⲧⲟⲟⲧⲉ, ire.
*toto* T. ⲧⲟⲩⲱⲧ, M. ⲑⲟⲩⲱⲧ, simulacrum.
*to* M. ⲑⲟ, mundus.
*tep* TM. ⲧⲁⲡ, cornu.
*tehes* ⲧⲱϩⲥ, M. ⲑⲱϩⲥ, ungere.

*) De littera m = ⲙ nihil est quod dicamus.

Dialectus enim memphitica saepissime littera Θ, a Graecis desumpta, utitur, dum thebana ϯ solam habet. Cujus rei causam si altius repetere volumus, ea ad tempus Lagidarum adscendentibus facile nobis explicatur. Graeci enim litteram t aegyptiam modo τ, modo θ, vel etiam δ reddiderunt, unde apparet litteram promiscue circumscriptam pronuntiationem habuisse, quae prorsus a Graecorum τ sono abhorruerit. Etenim voces sequentes aegyptias: *necht, mont, pat, toto, hotp, Ta-ise, Men.te* Graeci ita scripserunt: *Νεχθ, Μωνθ-ης, Πατ-ης, Τοτο-ης,* et *Θοτοης, ωθ-ης, Ταησις* et *Θαησις, Μενδη-ς.*

Jam littera θ quum propius accedat ad sonum *d*, δ, quare etiam nomen aegyptium *Neuthi* modo *Νεφθυς* modo *Νυβδις* scribitur, t demotico pronuntiationem inhaesisse videtur, quae non multum a sono *d* abfuit.

Huc accedit quod omnes, qui de coptica lingua scripserunt, inter se consentiunt, apud Coptos litteram ϯ sonare uti *d* (propterea etiam fit ut Copti a littera d vacent). Quare nos etiam non valde errare videmur, si ponimus eo tempore, quo sermo popularis in Aegypto viguit, litteram t non uti merum t sonuisse, verum descendisse aeque ac reliquae litterae, de quibus hactenus disseruimus, ad sonum *d*, quem igitur in transcribendis vocibus demoticis semper adhibebimus.

Litteram alteram *s* uti *s* asperrimum dictam esse non modo eo testari possumus, quod in sermone coptico saepissime cum sono ṡ = ϣ permutatur, verum etiam ex iis verbis demoticis apparet, quae Graeci in Aegypto versantes graecis litteris reddere conati sunt. Saepissime enim littera in initio eorum nominum propriorum occurrit, quae composita sunt cum voce *si* significante *filium, filiam.* Hanc enim Graeci quum saepius exprimerent syllaba *Σι* vel *Σε*, tum nomina propria *Εσημτις*

(acgyptiace: *Si-mete,* filius medii) Ζμνις vel Εσμνις (aeg. *Si-min* vel *S-min* filius Minidis), nec non nomen apud Strabonem obvium Ἰσμάνδης (*Simont,* filius Monthis) probant *s* demoticum fere uti ß Germanorum sonuisse, ita quidem ut littera *i* vel *e* in pronuntianda voce subaudirctur.

De litteris demotici sermonis, quibus coptice semper ś = ϣ respondet, nihil aliud est dicendum nisi Graecos has quum σ (ut in nomine *śaχpri,* Σαχπιρι-ς; cf. etiam nomen regis quartae dynatiae *śufu, śuru,* apud Manethonem Σοῦφις scriptum), tum in media voce χ transcripsisse. Ex. c. acgyptiacum *Snaśomneu* reddiderunt: Σναχομνευς etc. In coptico autem sermone quum sonus ś creberrimus sit, in promptu est conjicere etiam in lingua demotica copticae prototypo usum hujus litterae latius patuisse; id quod minus tamen evenit, coptico sermone comparato, si Lepsii opinionem de signis sonos ś et χ exprimentibus sequimur. Doctissimus enim idemque clarissimus vir in libro qui inscribitur: Lettre sur l'alphabet hieroglyphique (Rome, 1837) exposuit signa hiéroglyphica et habere sonum, ś, et vero uti χ sonare. Jam si usum demoticarum litterarum ex hieroglyphis modo delineatis profectarum: λ. ϣ. ϭ. ϧ. sermone coptico respecta paulo accuratius examinamus, ex iis eiucebit hanc distributionem doctissimi viri in eo esse mutandam, ut tres priores litteras et in sacra et in profana dialecto sonum ś, postremam sonum χ habere necesse sit. Lepsii igitur opinio de littera = ϭ nobis est refutanda.

E lexico meo primum sequentia verba popularis dialecti (quibuscum maximam partem respondentia hieroglyphica consonant) et in quibus signum, de quo agitur, occurrit transcribam:

| Lepsio duce: | me duce: | copt. |
|---|---|---|
| *χen* | *śen* | ϣⲁⲛ, quando |
| *χem* | *śem* | ϣⲏⲙ, parvus |
| *χar* | *śar* | ϣⲁⲣ, pellis |
| *χtem* | *śtem* | ϣⲧⲉⲙ, claudere |
| *χel* | *śel* | ϣⲁⲗ, myrrha |
| *χlin* | *ślin* | ϣⲗⲁⲉⲓⲛ, nasturtium |
| *anχ* | *anś* | ⲱⲛϧ, vita |
| *anχiri* | *anśiri* | ⲁⲛϣⲓⲣⲓ, pisum Indicum |
| *aχ* | *aś* | ⲁϣ, fornax |
| *aχem* | *aśem* | ⲱϣⲉⲙ, exstinguere |
| *ubχ* | *ubś* | ⲟⲩⲱⲃϣ, albus |
| *perχ* | *perś* | ⲡⲉⲣϣ, extendere |
| *χons* | *śons* | ϣⲟⲛⲥ, deus Chons; alia |

Ex his igitur tredecim exemplis duodecim mihi, unum tantum Lepsio applaudit et ne id quidem valde. Vox enim *anś* vel, ut Lepsium sequar, *anχ* coptice M. ⲱⲛϧ audire notum est; sed eadem vox antiquam formam fideliter in verbo ⲁⲛϣ-ⲓⲣⲓ plantam exprimente quasi: det vitam conservavit. Jam quid inde sequatur facile potest intelligi. Tantum enim abest ut signum ● = ϭ *χ* legamus, ut semper *ś* transcribendum sit quocum etiam optime linguae copticae ratio ad popularem congruit.

Sono *χ* igitur et in dialecto sacra et demotica unum tantum signum restat 𓎛 = ⳁ, quo exprimitur, cujusque exempla in lingua demotica obvia haec sufficiant:

χeχ copt. M. ϧaϧ, collum
χel - - ϧeλ, T. ϩep, juvenis
χmem - - ϧmom, - ϩmom, calor
χra - - ϧpe, - ϩpe, cibus
χir - - ϧip, - ϩip, vicus
χebs - - ϧhbc, - ϩhbc, lucerna
χib - - ϧhibi, - umbra
χri - - ebϧphi, - (ϩphi) infra, al.

Luculentissime ex his vocibus, si dialectos copticas respicimus, apparet dialectum memphiticam sonum primarium demoticum retinuisse, thebanam vero, quae omnibus litteris aspiratis rejectis tenues adhibere soleat, *) tenuem ϩ adoptasse, quod discrimen inter easdem dialectos sermonis popularis fuisse non videtur. Omnes enim voces thebanae, quae in papyris graece redactis reperiuntur, ubicunque demoticum 𗀀 occurrit, id constanter graeco χ exprimunt, ita ut nulla fiat aspirationis simplicissimae h indicatio. Huc igitur referenda sunt quum alia tum nomina Ἀρποχρατ-ης (coptice ϧpo†, ϩpo†) Ἰχιρχωνσις (copt. ϧeλ, ϩp juvenis) etc. Cum vocibus demoticis supra enumeratis si comparare volumus easdem sacrae dialecti hieroglyphis expressas, in magno numero earum videbimus sonum

*) Namque M. θ (t+h) Th. est τ,
- φ (p+h) — - π,
- ϧ (h+h) — - ϩ,
- χ (k+h) — - κ,

Nonne etiam ex iisdem exemplis elucet litteram demoticam atque hieroglyphicam (𗀀 et 𗀀) de qua modo quaesitum est, minime sonum χ habere potuisse? Nusquam enim in copticis verbis respondentibus eadem dialectica ratio intercedit, quam inter ϧ et ϩ intercedere vidimus.

primitivum hieroglyphicae scripturae 𓈖 = *ś* in demotica descendisse ad gradum inferiorem litterae *χ*.

Ex. c. conferas vocem aegyptiam collum indicantem hieroglyphice *śeś* exaratam cum demotica forma χεχ, cui prorsus vox coptica ϧⲁϧ respondet. Alia vox est hieroglyphica forma *śer* vel *śel*, infantem significans, quae demotice *χel* sonat. Et revera etiam coptice ϧⲉⲗ, ⲥⲣ idem indicat. Sufficiat ex his exemplis rem cognovisse. In hunc autem modum si rem altius repetimus, amplius demonstrare possemus sermonem popularem omni sensu medium esse inter sacram et copticam linguam atque, ut ita dicam, interpretem optimum utriusque. Summa igitur est auctoritate in investiganda et sacra et profana Aegyptiorum lingua.

Restat nunc disserere de reliquis litteris demotici sermonis et scripturae *r*, *l*, *n*, *h*, *ġ*, quarum k et *ġ* prius examinemus. Comparatione verborum hieroglyphice exaratorum cum iisdem respondentibus linguae popularis instituta, apparet, unum sonum litterae k hieroglyphice tres litteras copticas ϰ, ϭ, ϫ amplecti, quas ex illo primitivo profectas esse constat. Demoticus autem sermo propius eo accedit ad copticum, quod littera k sacrae linguae aucta est novo signo, quod littera *ġ* indicare volumus, ita quidem, ut demotice duo signa phonetica: *k* et *ġ* tres sonos copticos ϰ, ϭ, ϫ contineant, quorum k ad litteram demoticam k, ϫ ad *ġ* refert, ϭ autem medium locum inter ϰ et ϫ obtinet.

Quae quum ita sint non difficile est intellectu, cur in dialectis copticis:

1. litterae ϭ et ϫ
2. litterae ϭ et ϰ
3. nunquam ϫ et ϰ

} inter se permutentur.

Jam demotici sermonis verba, in quibus k et *ġ* obvia sunt, paullo accuratius si examinamus, iis id, quod modo praefatus

sum, fere semper dilucide probatum esse videbimus. Itaque dicitur demotice: *akés* T. ϵϭοοϣ M. ϵθωϣ, Aethiops

| | | | |
|---|---|---|---|
| *kelel* | | – | ϭλιλ, holocaustum |
| *skenen* | | – | cοϭϵN, unguentum |
| *kek* | – KϵK | – | KωK, eradere |
| *ksa* | | – | KωC, curare cadaver |
| *klem* | – KλoM | – | χλωM, corona |
| *aġ* | – — | – | oχι, fallere |
| *ġak* | | – | χωK, vertex |
| *ġef* | – χoγϥ | – | χoϥ, *κατάκαυμα* |
| *ġri* | – χooρ | – | χορ, fortis |
| *ġra* | – χρo, | – | victoria |
| *ġekem* | – χωKM | – | χωKϵM, lavare. |

Litteris: h et n, quippe quae et hieroglyphice et demotice et coptice sibi semper constent, abjectis, pergamus inquirere litteras *r* et *l*, quas hieroglyphice uno sono contineri jam supra observavi. In demotica autem scriptura sonus *r* ab eo litterae *l* primum separatus invenitur, ita ut statuendum sit sermonem demoticum discrimen inter *l* et *r* sonos fecisse. Atque re vera si demoticum diligentius examinamus non solum id, quod dixi inveniemus, verum etiam eandem rationem quae est inter λ et ρ coptice, inter easdem litteras demoticas intercedere videbimus. Ut exempla proferam verbis demoticis sequentibus: *ġri, ġro, ślel, χra, sehur, urt, uhr, lib, lek, klel,* aliis respondent coptica: χορ, fortis, χρo, victoria, ϣλλ, orare, ϸρH, cibus, cϩογρ, maledicere, oγρτ, rosa, oγϩωρ, canis, λιBϵ, insanire, λoK, *κοτύλη*, ϭλιλ, holocanstum.

Jam finita quaestione de singulis litteris demotici sermonis restat, ut omnia uno conspectu videantur, ut totius linguae aegyptiae litterarum tabulam synopticam quaestioni adjiciamus, qua optime rationem inter varias dialectos illustrari censeo.

| *lingua sacra.* | lingua popularis | | | lingua coptica | |
|---|---|---|---|---|---|
| | antiquior script. demot. continens. | recentior e verbis graece scriptis nota | | | |
| | | T. | M. | T. | M. |
| a | a | α, ε, η<br>ω, ο | | ⲁ, ⲉ, ⲏ<br>ⲱ, ⲟ | |
| i | i | ι, (υ) | | ⲓ | |
| u | u | ου, (ω, ο) | | ⲟⲩ | |
| b | w | β, υ, φ | | ⲃ | |
| f | v | υ, φ | | ⲫ | |
| p | b | π, β, φ | | ⲡ | ⲫ |
| m | m | μ | | ⲙ | |
| n | n | ν | | ⲛ | |
| rl | r<br>l | ρ<br>λ | | ⲣ<br>ⲗ | |
| s | ß (ś) | σ (ζ) | | ⲥ | |
| t | d | τ, δ, θ | | ⲧ | ⲑ |
| h | h | ʿ | | ⲩ | |
| k | k<br>ǵ | κ, χ<br>σ, θ | | ⲕ<br>ⲅ<br>ⲍ | ⲭ<br>(ⲭ) |
| ch | ch | χ | | (ⲩ) | ⲯ |
| ś | ś | σ, χ | | ⲱ | |
| litterae: 15 | 17 | 25 | | 25 | |

# VITA.

*Henricus C. F. Brugsch* anno hujus saeculi XXVII. die XVIII. mensis Februarii natus sum patre *Ernesto*, Regis Borussorum cohortis praetoriae subcenturione, matre *Dorothea* e gente *Schramm*, quibus Dei Optimi Maximi gratia hucusque vivis et integris iaetor. Primis iitterarum elementis imbutus per octo fere annos gymnasium Coloniense, quod floret Berolini, frequentavi sub auspiciis doctissimi et humanissimi viri *Augusti* praeceptoris optimi, qui quantam in me benevolentiam contuierit satis dicere nequeo.

Anno MDCCCXLVIII. maturitatis testimonio instructus almam Universitatem iitterariam Beroiini petii et adjutus *Regis* Optimi atque summi viri *Alexandri ab Humboldt*, qui Maecenas mihi exstitit, beneficiis, hisce interfui scholis:

*Trendelenburgii*, *Micheleti*, *Georgii* de iogice, de psychologia, de phiiosophiae historia. In graecis iitteris duces mihi fuere *Boeckhius* (frequentavi schoias de Antigona Sophoclea, de historia litterarum graecarum, de oratione Demosthenis „de corona," de encyciopaedia rerum ad phiiologiam pertinentium, de rebus antiquis graecis, de arte metrica) et *Franzius* (de graeca palaeographia, de Aeschyii septem contra Thebas). De grammatica philosopha audivi *Heysium* et *Steinthalium*. De archaeoiogia artium scholas frequentavi *Panofkae* et *Toelkenii*; de geographia Europae atque historia Aegyptiaca audivi *Ritterum* et *Lepsium*. Linguam arabicam denique docuit me *Fr. Dietericius*.

Quibus omnibus viris de me meisque studiis optime meritis quas possum maximas ago semperque habebo gratias.

# THESES.

I. Natura et indoles Aegyptiorum declaranda est ex communi origine cum populis Indogermanicis.

II. *Memnon* nomen est commune regibus Aegyptiorum rebus in Asia gestis inclytis.

III. Nomina deorum Graecorum ab Aegyptiis in Graeciam immigraverunt.

IV. Sententiae Pythagoraeorum originem ducunt ab Aegyptiis.

## SCRIPTA EJUSDEM AUCTORIS:

1. Scriptura Aegyptiorum demotica ex papyris et inscriptionibus explanata. Berolini, 1848.
2. Numerorum apud veteres Aegyptios demoticorum doctrina. 1849.
3. Uebereinstimmung einer hieroglyphischen Inschrift aus Philae mit dem griechischen und demotischen Anfangstexte des Decretes von Rosette, die Titel des Ptolemäus Epiphanes enthaltend. 1849.
4. *Die Inschrift von Rosette* nach ihrem ägyptisch-demotischen Texte sprachlich und sachlich erklärt. Theil I. Sammlung demotischer Urkunden mit gleichlautenden hieroglyphischen Texten als nächste Grundlage zur Entzifferung der Inschrift von Rosette, grösstentheils zum ersten Male veröffentlicht. 1850.
5. Uebersichtliche Erklärung ägyptischer Denkmäler des königl. neuen Museum zu Berlin. 1850.